



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

August. Manno de Canthanoiano n. 128

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Maximis  
periculis  
etiam vite  
discrimine.*

*Suprema  
Xauerij  
laus.*

*Societas  
ab Ignatio  
spiritu S.  
pleno in-  
stituta.  
  
Per vtrum-  
que Orben  
propagata,  
Mundum  
fulcit, ne  
cadat.*

bus versentur, à quibus pene singulis horis, ne dum diebus mors timeatur, multis iniurijs afficiantur, multis opprobijs onerentur, dum non occulte, & clam more Hæreticorum, hos, illosve reducunt, & venena per Indias spargunt, sed Christi Religionem palam prædicant, nullis armis, nullis præsidijs septi, sola muniti patientia, sola fortitudine obtenti, &c. Et Ibid. lib. 6. cap. 3. n. 12. loquens de uno Xauerio Indianum Apostolo tandem concludit. Age vero, maxima de Xauerio dicamus. Vniuersi Hæretici ab Ecclesiæ Christianæ constitutione per tot secula per annos mille quingentos & amplius, haud traduxere ad hæreses suas tot Gentes aut Idololatras, ac alioqui à Christi cursu alienas, quot vnum Xauerius ad cultum Christi annis vndecim, tot enim fuit in Indijs vir iste admirandus. Quæ tanti Filij suprema gloria non minor Matris Societatis Corona est.

128. AB AVGVST. MANNO DE CANTHIANO In Tomo suo Selectarum Historiarum. Beatus Ignatius (*inquit ille*) venerandæ Societatis IESV sapientissimus Institutör, spiritu sancto plenus, & præsertim sapientiæ dono conspicuus Religionem suam instituit, quæ hodie per vtrumque Orbem communi beneficio propagata Mundum fulcit, ne cadat: qua in re videri potest, cuius spiritus esset, qui opus tam magnum facere potuit, & qualem à spiritu sancto sanctitatem esset consecutus, qui in Dei Ecclesia collabentes virtutum ædificationes restaurabat. *Hec in Parentis Ignati sacerdotissimi eiusque Societatis laudem illustrissimus Encomiastes.*

ELO-